Apparat quod illos divites alloquitur. Vel ex quo attagite ne divites qui in necem domini conjuraverant, et nec dum fidem eius qua salvarentur acceperant. de quibus supra loquitur ad credentes. Nonne divites per potenciam opprimunt vos et ipsi trahunt vos ad iudicia? Nonne blasphemant bonum nomen quod invocatum est super vos? Vel, ut quidam intribuli scripsit quia sit in dispersione ita fideles monet et opera fidei facere ut occiso, et qui necdum crediderant ad fidem et opera suadet. Convertit improperans illis mortem filii dei, et quasi nihil mali fecissent luxuriose vivebant et avare. Quibus postea convenit quod ait: avaricia carnes earum instar ignis manducatura et quia thesaurizaverunt sibi iram in novissimis diebus. Hoc enim in eis completum est post occisionem beati Iacobi cum Ierusalem immo omnis Iudea expugnaretur et vastaretur a Romanis in ultionem dominici sanguinis et ceterorum scelerum quae fecerunt.

Dampnemini eo quod iudicem iustum quasi inique iudicantem vituperetis.

Vel quia proximus est ad cognoscendum quod geritis. Vel quia cito veniet ad retribuendum vobis et illis.

nutristis. Epulati estis super terram et in luxuriis enutristis corda vestra. In die occisionis. Adduxistis et occidistis iustum et non restitit vobis. Pacientes igitur estote fratres usque ad adventum domini. Ecce agricola expectat preciosum fructum terre, pacienter ferens donec accipiat temporaneum et serotinum. Pacientes estote et vos et confirmate corda vestra quoniam adventus domini appropinquabit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum ut non iudicemini. Ecce

(interlinear glosses: et in · cum data esset vobis facultas occidendi · ad iudicium · dominum Ihesum · tamquam ovis ad occisionem ducitur · quia videtis illos puniendos · qui incipit in fine eius · sicut ille pro fructu terre quem sperat ita pacienter laborat quanto magis vos pro celesti · pro primicias · ergo · si moram fecerit · sicut agricola · si qua inferunt · ut vos ad gloriam illi ad penam rapiantur · qui vos)

Epulati. Neglectis gaudiis celestibus ad que per ieiunia et oraciones venire oportet, carnales epulas diligitis, quas tanta fames et sitis secutura est, ut nec gutta aque inveniri possit per quam ardens lingua possit refrigerari.

Increpatis superbis et incredulis rursus convertitur ad eos qui talium improbitate fuerant oppressi, invitans ad pacienciam quia cito finientur pressure seculares, vel iustis raptis ad dominum vel persecutoribus privatis potestate.

Sic vos accipietis temporaneum vel vitam anime post mortem et serotinum vel carnis incorruptionem. Vel temporaneum in operibus iusticie, serotinum in laborum retribucionem. Unde apostolus: Habetis fructum vestrum in sanctificacione, finem vero vitam eternam.

Quasi vos maiora meritis paciamini et persecutores vestri nihil videantur pati ad usum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_93/0024
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG